









rum, & participant nihilominus commodis, & utilitatibus...

De collectis... 13

Nec obstat quod de utilitate communi ex solutione tributorum...

Tiberii de divinis domibus, cum aliis congestis a Briflino de P. S. verbo Domini.

Urget tamen praefens textus, in quo sub anathematis poena...

Secunda conditio in eo consistit, ut ad hanc contributionem non aliter perveniantur...

Etiamque iudicium, leg. 11. §. si vacationem... Tit. XLIX. De immunit. Eccles. &c.

Dominiam solvitur tributum pro se, ac Petro. Cai communit...

Exponitur... 17

Sec supra traditibus Joannes IX in Synodo Ravennat...

Exponitur... 16

Nec tandem obstat augmentum dubitandi rationis deducum ex dicto capite 17. Matthaei...

CAPUT V.

a Lucius III.

Cum Ecclesia Dei secundum evangelicam veritatem domus orationis esse debeat...

NOTA.

LUCIUS III. Ita enim legitur in secunda collectione...

Turon. sub Carlo can. 39. Placita quidem secularia in Ecclesiis...

COMMENTARIUM.

EX hoc textu, & ex secunda parte textus in c. 1. hoc tit...

Sed haec assertio difficilis redditur sequenti consuetudine...

BIBLIOTECA CENTRALIS JOHANNES

De collectis... 13

Impugnatur conclusio.



his tamen peculiaribus, atque certis nobis exhibet. Saepe praesentis testimonium: qualis quidem praesentia divinx cogitatione iudici culibet apprimere est necessaria pro sententia religiofilime ferendis: quare Iustinianus in l. rem non nocentem, §. 1. de iudiciis, vult iudicem in causis cognoscendis, & in sententia ferendis habere semper cognoscendum, & permanentes ante se sacras Scripturas. Et apud Romanos usitatum olim fuit templis uti pro curia, ad negotia tractanda, ad causas, & lites definiendas. Titus Livius lib. 29. loquens de Annibale, & Capianis, ibi: "Egressus curia in templum Magistrum, ante pedes desistit, causam dicere iussit. Theophrastus, lib. 1. ibi: "Aratum eis erat Delus, & conventus in eo templo fiebant. Suetonius cap. 7. Vespasianum inducit Imperatorem post peractum sacrificium sedentem pro tribunali in templo Serapidis. Etiam apud eos Senatus habebatur in loco sacro, & non profano. Gellius lib. 14. nocturnum, capite 7. Alexandr. ab Alexandr. lib. 4. dior. genial. cap. 12. quod & Servius docuit exponens illud Virgil. 7. Aeneid.

Tantum augustum, inquit, centum sublimis calumnias. Et nisi inquit in loco augusto Senatus concilium haberi non poterat. Unde templum Vestae non fuit augurio consecratum, ne illuc conveniret Senatus, ubi erant Virgines, veluti in templo Jovis Statoris, in aede Concordiae, in aede Telluris. Apianus lib. 2. bell. civilis, ibi: "Ex eo die, quo in aede Telluris convocatus sumus, in aede Bellone. Iustinus lib. 49. ibi: "Manlius Proconsul ex Hispania redierat, cui postulant a Senatu in aede Bellone triumphum, veram gestarum magnitudo imperabilem sciebant. Probant Marcell. Donatus in elench. ad Soterium, c. 34. Lopez ad l. 3. Palar. Maximus, c. 3. Gregor. Lopez in Memorie Hispania, c. 7. P. Gregorius l. 27. Synonym. c. 27. n. 16. Rufinus l. 1. antiq. c. 14. Pancirolo l. 2. varior. c. 8. P. Herodius l. 2. var. iudic. titul. 8. c. 1. Borelles de praesent. Reg. Cath. c. 60. n. 13. Stephanus Carionus de Senator. lib. 1. tit. 4. cap. 12. novari lib. 1. Concilio. lib. 1. c. 9. Accedit, non absurde iudices sacris se immiscere, cum prope divina sint iudicium munia. Iustinianus Apol. 2. Unde & Iureconsulti dicuntur Iustitiae sacerdotibus in l. 1. ff. de iustitia, & iure, Gorpiscus Atrianus lib. 1. de laudibus Justini, in fine, ibi:

Quosque Anastasius sancti pars magna Senatus, Compositor morum, juris legumque sacerdos. Dum enim praesidebant ad iudicandum, aliquam sibi sacerdotum sortem assumentes. Eleganter Cassiodor. l. 1. epist. 12. Ad Eugenium officiorum Magistrum, ibi: "Ego innocentie templum, temperantiae sacrarium, ara iustitiae, abdit a iudicis claris mentibus aliquam profanam. Pro Principi sub altari quo sacerdotio serviantur. Quamvis aliam huius nomenclaturam rationem a pandendis mysteriis eruditae assigant, & Regem D. Josephus de Rebus l. 8. epist. c. 1. Et Salomonem prober in suo templo locum constructum ad iudicandum, referat l. 1. Paralip. c. 7. ibi: "Aedificavit quoque porticum, & solii, in quo tribunal erat, & domancula, in qua sedebat, tur ad iudicandum, erat in medio portu. x. Referat l. 3. Reg. c. 7. Igitur non recte in praesenti, statuitur, iudices procul ab Ecclesiis debere jus dicere, nec intra Ecclesias, aut earum connexione posse de causis civilibus, seu criminalibus agnoscere.

Qua dubitanti ratione non obstantes, vera est praesentia de iudicio, cujus ratio provenit ex veneratione Ecclesiae debita, & ab excessibus, qui in foro, & iudicio illi contrarii passim occurrunt; magna enim templorum veneratio semper fuit, non solum apud Catholicos, verum & apud Gentiles, apud quos observatum legitur, ut in templis, aut eorum ianuis, quod homines peccatis abiegi, alii vero manu contingentes, tum candidam admoventes ori, quasi indignos se crederent, qui sacris postibus oscula figerent. Et alibi: "Strenua trementes, sine voce iubilantes corde. Fuit Seneca l. 7. nima gementes, sine voce iubilantes corde. Fuit Seneca l. 7. natural. qu. c. 30. ibi: "Si intramus templa compositi, si ad sacrificium accesserit vultum submittimus, rogam obdura, quod est conveniens numero longe maximo, tamen eam silentii ferveat legem, ut praeter illum, qui plimum decantabat, nemo audiret, imo iurgios omnia adesse putaret. Et D. Ambrosius beatam Marcellam forem lib. 3. de virg. ita instruit: Tu in ministerio Dei gemas, serenas, tulle, rufus abstine. Alia deo in eis dolentes, de celebr. Missar. Si ergo adeo reverentia commendatur in Ecclesia, ut omnino silentium servandum sit, recte in praesenti prohibetur iudicia in Ecclesiis, seu earum connexione agitare, litesque discutere. Accedit etiam, nam ex hiis plerumque peruria, & similia peccata sequuntur; unde iudicium deseribit D. Cyprianus ad Donatum: "Quae detestatis inveniatis, inter leges ipsas de Iniquitate, inter iura peccatorum; innocentia nec illic, ubi defenditur, reservatur; leviter invidiam discordantium rabies, & inter togas pace rupta, forum libris mugit infanum; haerent ubique delicta, & passim multiformi genere peccandi per improbas mentes operantur." Recte ergo in praesenti prohibetur intra Ecclesias iudicia exerceri, in quibus tot peccata admitti solent. Quod in iudiciis criminalibus majori cum ratione procedit, quia absurdum est,

Traditur ratio decem.

ibi iudicium sanguinis exerceri, ubi est tutela iudicis constituta, capite adhibemus, l. 9. 4. quare sententiam a iudice seculari prolatam in quacunque causa civili, seu criminali intra Ecclesiam, nullam esse docetur in cap. de hoc tit. in 6. Hoc autem procedit in actibus plus voluntariae jurisdictionis, unde recte in Ecclesia servum manumittitur, leg. 1. Cod. de his, qui in Ecclesia manumittuntur. canon. 64. & 83. Codicis Afric. Afric. Ut enim olim in templo Peroris Dei servi manumittentur, ita postea ex Constantini constitutione in Ecclesia cum libertate civitatem Romanam consecuti sunt, ut de ipso Imperatore agentes referat Sozomenus lib. 1. histor. Eccles. c. 9. Cassiodorus l. 1. hist. tripart. c. 9. ibi: "Circa donationem meioris libertatis, quam civitatem Romanam vocant, tres positae leges, decernentes omnes in Ecclesia manumissos sub testimonio sacerdotum civitates Romanae fuisse." Nicephorus l. 7. histor. c. 16. Illustrant Pornerius lib. 1. select. c. 4. Justell. ad canon. 64. Ecl. Afric. & nonnulla addaxi in 1. de serviti non ord. Samuel Petrus ad ius Atrianum l. 3. tit. 2. ff. 235.

Nec obstat dubitanti ratio supra adducta, nam licet Romani in templis coeant Senatus habendi gratia, ut defendit Marcel. Donatus ubi supra, tamen in eodem foro, ubi res venales exponebantur, jus dicebant, inter 83. ff. de sacro, ff. de v. o. donec propter populi tumultum, plebique concursum basilicae constructae sunt, in quibus Tribuni plebis jus dicebant, teste Platarcho in Catoe maior c. 5. ubi dum agit de Portia Basilica, quam Cato major dedicavit, ait: "In ea Tribuni plebis audientiam dicit solent." Et Praetores, & praefideque jus dicere solent in suis praetoriis, probavi supra in c. 1. & licet apud eos in basilicis, & templis Senatus haberetur, non ideo nostris Ecclesiis omnipotentia Deo dicitur, idem observandum esset, cum eis ob praesentiam regem Christi Dominum in sacro Eucharistiae Sacramento major veneratio deberetur.

Sed supra tradita assertio opponi potest decretum Iulii Papae in illis verbis: Nullus in publico causam agat, nisi in Ecclesia. Quod specialiter ab ipso Pontifice statutum fuisse refert Damianus in eius vita: igitur causa etiam secularis fore in foro publico, sed in Ecclesia sicut dicebantur. Cui difficultati facile responderi potest, admittam sententiam eorum, qui dixerunt Episcopum, & iudices Ecclesiasticos posse in Ecclesiis causas decidere, & terminare, ut cap. praecipuum 3. non habuisset, quare docent, quod illis primis Ecclesia temporibus Episcopos in Ecclesiis tribunalia erecta habebant, sed quia contrarium verius est, videlicet Ecclesiam forum olim habuisse, & extra Ecclesiam Episcopos jus dixisse, licet frequentius lites in Ecclesiis deciderentur, cum omnes lites controversas iure iurando hinc inde super altare ad Martiuram reliquias, Gregorius Thuronen. lib. 5. cap. 32. ibi: "Tunc in hoc placito ad basilicam martiris sancti conveniunt, elevatique super altare manibus, iuravimus non nisi esse culpabilem." Et ita extra Ecclesiam Episcopum forum habuisse, probatur Cironen. lib. 2. observ. c. 4. Filelucius in cap. 1. §. 17. de offic. Circa. Respondendum ergo est, dicta verba Iulii Papae non esse in sensu litterali accipienda, ita ut causas nullas in publico agant, imo in Ecclesia; sed potius accipiendum Ecclesiam pro foro Ecclesiastico, & tunc recte statuit Iulius, ut nullus clericus in publico, id est in iudicio seculari, causam agat, sed in Ecclesia, id est eorum Episcopo in foro Ecclesiae. Quomodo accipiendum etiam est decretum Silvestri his verbis contentum: "Idem continentur, ut nullus clericus propter quamlibet causam in curiam in troiret, nec ante iudicem eandem causam diceret, nisi in Ecclesia, id est in foro Ecclesiae."

Secundo obstat textus in Concil. Tolet. 6. in ipso initio, in illis verbis: Inque in praetorio Toletano in Ecclesia sanctae Leocadiae virginis debitis sedibus collocatur. In quibus dam referunt, Concilium illud celebratum fuisse in Ecclesia sanctae Leocadiae, supponitur in ea fuisse Praetorium Toletanum, & per consequens iudices saeculares praetorium suum in ipsa Ecclesia habuisse. Pro cuius difficultati solutio sciendum est, Praetorium varie, & pro diversis locis accipi, aliquando pro parte villae laetis aedificata, & patris familias habitatio relicta, l. plenum 13. ff. de villis, & ibi: Plebem autem usum debet habere, ff. de villis, & praetorio relictis est. Et l. 2. ff. de servit. restitut. proed. ibi: Basilicarum praetorium servitutes sunt locere alius volente, & officere praetorio vicini. Et l. urbana 198. ff. de v. s. ubi Geleus, Gentilis, & Fomes, quomodo accipiuntur apud Martialem l. 10. epist. 79. ibi:

Ad lapidum Torquatos habet praetoria quantum. Apud Suetonium in Caligula, c. 57. ibi: In extrusionibus villarum, & praetorium, omni ratione postulant, nihil tam officere concupiscentibus, quam quod officio posse negantur. Unde D. Hieron. l. 2. adversus Iovin. dolium verlatile Diogenis eleganter Praetorium dixit. Etiam Praetorium accipitur pro Imperatoris domo, hincque Praefecti Praetorio vocati, de quibus in l. ult. Cod. de offic. Recl. Province, ubi Imperator Anastasius, qui Leo (ut in vulgaris) ita respicitur: "Nulli iudicium, qui Provincias regunt in civitatibus, in quibus sacra palatia, ut praetoria sunt, licet his relictis, privatorum sibi domos ad habitandum veluti praetoria vindicare." Et l. fin. Cod. Theod. de offic. mil. In his ergo adibus Praetores, seu Praefides habitare, aut jus dicere solebant, ut probant Gothof. in d. l. ult. Pancirolo l. 2. var. c. 193. Meursius in glossar. verbo Praetorium: notavi in c. 1. de iur. De Praetorii significatione capitissime S. Eulogius in memorialis Sanderum, lib. 1. pag. 17. circa prima, ubi de constanti, & valido martyrum aedore: "Extra inter-

6. Dubitanti ratio.

7. Episcopus decernit Iulii Papae.

8. Basilicam de Tolet in initio.

trici (inquit) contra hostem publicum apertum veritatis exigentes vexillum, utpote ante fores Praetorii, & in ipso accessu palatii profertentes testimonium, indicem perditionis, confusiois, & ignominiae: obseverant Cajac. lib. 1. obs. cap. 28. Pancirolo. lib. 2. varior. cap. 191. De praetorio ita accipit exponendum est Terrull. ad Scapulum, c. 3. dum ait: Claudius Hermentianus in Cappadocia, cum indigne ferens uxorem suam ad hanc sectam transisse, Christianis crudeliter tractasset, solusque in Praetorio suo vastatus peste, comeluis veribus ebullisset. His suppositis dicendum est, Praetorium in dicto Concilio Tolet. 6. accipi pro arce regia, & domo Regum Gothorum, ut exposuit Ambrosius a Morales 2. part. hist. Hispan. lib. 12. cap. 23. ubi agens de hoc Concilio Tolet. 6. ait: "Celebrose in la Iglesia de santa Leocadia, y parece era la del alcazar, porque se señala en particular ser en el Praetorio de Toledo: no ay que se pueda entender aqui pro Praetorio, sino el alcazar, o casa real, aqui en los Godos que guerra se puede creer lamaban assi, por el mismo nombre que los Romanos, aqui en ellos imitaban, nombraban en la guerra la tienda del general, y en paz usaban en alguna manera de este nombre, como en la sagrada historia evangelica, y en otras partes se ve. Y parece que para diferenciarla de otra Iglesia de esta Santa se le anadio este titulo." Idem firmat Mariana lib. 6. hist. Hispan. Latino serm. scripta, cap. 6. de hoc Concilio agens, ibi:

C A P U T VI.

Innocentius III. Illust. Regi a Conantia.

Inter alia, quae nobis Regalis prudentia fuis litteris intimavit, quid de illis fieri debeat, qui maleficia perpetrantes, confugiant ad Ecclesias, ut pro reverentia sacri loci debitas poenas valeant evitare, sollicite requisivit. Nos igitur tuis quaestionibus respondentes, iuxta sacrorum canonum instituta, & traditiones legum civilium ita duximus in iudicium distinguendum, quod ex confugijs ad Ecclesiam, vel liber, vel servus existit: si liber, quantumcumque gravia maleficia perpetravit, non est a violento ab Ecclesia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem, vel ad poenam: sed ex rectoribus Ecclesiarum sibi obtinere debent, & membra, & vitam, super eo tamen, quod inique fecit, est legitime puniendus: & hoc verum est, nisi si publicus latro fuerit, vel nocturnus populator & agrorum, qui dum itinera frequentat, vel publicas stratas obfideat, ob transgressionis indignas ad Ecclesia extrahi potest, impunitate non praestita, secundum canonicas sanctiones. Si vero servus fuerit, qui confugerit ad Ecclesiam, postquam de impunitate sua dominus ejus clericis juramentum praestiterit, ad servitium domini sui redire compellatur, etiam invitus, alioquin a domino poterit occupari. Tu ergo fili charissime, cum in regio tua aliquid horum contigerit, iuxta praemissa distinctionem sic procedere studeas, quod Ecclesiarum honor, & immunitas servetur illata, & malignandi facultas prave voluntatis hominibus auferatur.

N O T A E.

1. Conantia. Ita legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 1. in sexta autem legitur, Conantia & nescio, quae inscriptio verior sit, cum reperitur temporibus Innocentii III. in Conantia, quae est insula Hibertiae, Rodericus Rex ad eam fastu elatus, ut Regem se Hibertiae nominaret, ut refert Polydoro, Virgil. lib. 3. hist. Angl. fol. 216. & Alexander Scotiae Rex: led retineo epigraphae Conantia, quia Anastas. German. lib. 3. de sacrorum immunit. cap. 16. n. 54. testatur in Vaticano Codice legit Conantia.

2. b. Statuta canonum, & traditionis legum. Ad quas, cum Ecclesiae p. de hac immunitate agant, semper se referant, cap. si quis 36. 17. qu. 1. ibi: Ecclesiasticis canonum, & lex Romanae consuetudinem. Concil. Aurel. 4. can. 29. Aurel. 5. can. 23. Matifoen. 2. can. 9. ibi: Licet reversio canonum, aliqua sacrae disciplinae leges, & inaequaliter tamen, ut in hac immunitatis materia non attendantur leges saeculares, nec iuxta eas causas dubit deciderint, led secundum sacros canones, quoniam proprium est, cum agitur de re mere ecclesiastica, fines, & modum dicere hanc immunitatis. Covar. lib. 2. var. cap. 20. Quaedam 99. iur. cap. 1. nu. 4. unde audiendus non est Imperator Justinianus in audent. de mandatis. Princip. §. non autem, ceteris, 17. dum statuit, hac immunitate non gaudere adulteros, & virginum raptos, cum circa hos contrarium sit definitum in c. de raptoribus 3. 36. q. 1. & licet moti auctoritate textus in l. fin. tit. 1. farris. 1. raptoribus virginum immunitatem hanc denegent Menochius lib. 2. de arbit. casu 391. Julius Clarus lib. 5. recept. sent. §. raptus, n. 2. Ant. Gomez in l. 30. Farris, n. 36. D. Joann. Vela de pacis delictis, cap. 29. Covar. lib. 2. var. cap. 20. n. 8. tamen observandam esse Ecclesiae dispositionem, de qua in d. cap. de rapt. cum aliis resolvit Pereyra de manu regia, p. 2. cap. 56. & consequenter cognitio huius immunitatis semper spectat ad iudicem Ecclesiasticum, ut infra dicemus. Quare caute procedant iudices saeculares, qui existimant, cum causa immunitatis deferatur ad Regias Cancellarias, pronuntiarum ita posse: hanc fuerit ex concess. & propter. Quia hoc tantum admitti potest in casu notorio facti, videlicet cum aperte constet, reum ad Ecclesiam non confugisse, fed ex ea abductum non fuisse: & caute tam in hoc casu, quam in aliis immunitatis iudices saeculares pronuntiare debent, vulgo danto auto de legos. Nam talis pronuntiatum solum fieri potest, quando procedit iudex ecclesiasticus contra reum laicum, & in negotio profano; sed ex vero deficiente alioquin ex his requisitis, ut docent Salgado de procel. 1. part. cap. 1. n. 2. & cap. 2. n. 27. & de suppleat. 2. part. cap. 27. n. 59. Vela differt. 10. n. 70. Covar. praet. cap. 35. n. 3. Parexa de instrum. edit. 1. tom. tit. 2. res. 6. D. D. Gonzal. Decretal. Tom. III.

insep. 2. n. 260. Luna & Arellanus lib. 2. singul. cap. 5. §. 4. n. 48. nam in dubio juris ad iudicem Ecclesiasticum spectat cognitio, cujus sit iurisdictionis, cap. si iudex, de sent. excom. lib. 6. Covar. sup. n. 1. Diana com. 26. Dehoribus laudatis parte 7. tract. 10. resol. 5. & part. 4. tract. 3. res. 64. & part. 3. tract. 1. resol. 23. Parexa dist. resol. 6. n. 259. Ciarlinus cap. 264. n. 15. Valenzuela resol. 42. n. 14. Castropalao rem. 2. pr. 12. disticum.

3. Confugijs ad Ecclesiam. Beneficium huius immunitatis conceditur confugijs ad Ecclesiam, ut ex iuribus proxime adductis pro illustratione conclusionis liquido constat: unde ipse appellatur confugijs in l. si quis per calumniam, Cod. de Episc. & Cleric. l. praesertim, Cod. de his, qui ad Ecclesiam confug. in quibus partialiter notavit Cujacius. Quo fit, ut eo privilegio non potantur arcepi, & in Ecclesiam conducti, cum in illis confugij ratio nulla sit, ut probat perdoctus vir D. Ludovicus de Exea in supremo Aragoniae Senatu Regens egregius, in speciali, & unico synagmata de cadaveri, pan. ubi eruditè probat, cadaver suspensum in paribulo in Ecclesia alportatum, ibique sepultum, debere exhumari, & lapidario restitui, donec habita Magistratus licentia a paribulo deponatur. Similiter ea immunitate non gaudet, qui casu in Ecclesia reperitur, non animo fruendi ejus immunitate, arguendo legis 2. ff. de conat. & demonstr. est noviter contrarium defendat Frances de comper. qu. 98. Nec ille, qui dum ad carcerem ducitur, percometerium trahitur: nam cum non sit in libertate confugijs, non gaudet hoc privilegio. Oldradus consil. 54. Archid. in dist. cap. si quis, 17. §. 4. Igneus in l. 1. ad Syllan. col. 3. Covar. lib. 2. var. cap. 20. n. 5. Bobad. lib. 2. polit. cap. 14. n. 61. Gutierrez lib. 3. praet. cap. 6. Cotel. lib. 1. qu. 30. per tot. Nec ille, qui non extrahitur, sed voluntarie Ecclesiam deserit; nam licet scripto non possit quis renuntiare huic privilegio, facto tamen ipso voluntarie ex ea egrediendo potest renuntiare.
4. d. Violent. Nec per dolum, & si ita abducatur, immunitate gaudet, ut post Gomezium, Farinasium, & Marium Italem tenet Diana par. 1. tract. de immun. resol. 16. licet nonnullis perperam inductis legibus contrarium teneat Cancellarius contra Dianam cap. 16. Unde qui blanditiis iudicis allectus, promissa securitate Ecclesiam deseruit, adhuc immunitate gaudet, ut cum pluribus resolvit Th. Delbene tom. 2. de immunit. cap. 16. dubium 24. sect. 17. Barbofa lib. 2. iuris Eccles. cap. 3. n. 34. Azavedo in l. 3. tit. 2. lib. 1. recep. fecus vero si tantum blanditiis motus egressus fuit, ut resolvit Delbene, & Cotel. ubi supra: quia non debuit esse ita credulus, & facile Ecclesiam deserere, arguendo legis 2. §. dolum 2. ff. de eo per quem factum, Sed contrarium merito resolvit Maritanus lib. 1. resol. 178. Si vero agnoscens janam Ecclesiae frangi egrediatur, & a ministris saecularibus extra Ecclesiam capiatur,